

* GUILLELMI PARIENSIS **A**bo otioso, in futurum post amotionem sermo primus, in illa Epistola verba.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi.

1. Corinth. 4. ex duobus hominum generibus vnum condemnat, alterum approbat. Condemnat eos qui seruitium quod Deo debent alteri soluunt, ij sunt Voluptuosi, qui Christo non seruiunt sed ventri, Ambitiosi qui seruitium quod Deo debent, detractoribus ne mordeant soluunt, Auari Diabolo prodigi, Deo parci. Approbat eos qui Christo adherent vt ei seruiant quia 1. nihil iniustus, & nulli iniustus seruitur; de nihilo nos fecit vt ei seruiremus, ipse seruit nobis, Angelis suis mandauit vt nobis seruirent, nobis ipse est ministraturus; 2. nulli vilius seruitur, cum seruiantibus sibi regnum æternum largiatur. a pag. 10. ad pag. 12.

Eiusdem, sermo secundus. Vnde supra Ministros Christi instruit. I. Quales esse debeant, sc. Christum sequentes, intelligētes vel prudentes, mūdi mente & corpore præsertim quoad peccata carnis, humiles, cum Dominus sit humilis, patientes in humilitate, fideles, veloces & strenui II. Quid sibi velit Christus ab eis ministrari ex Ap. Petro dicente, *Ministrare in fide vestra quia sine fide impossibile est placere Deo; virtutem hoc est opera virtuosa; in virtute autem scientiam siue discretionem vt homo abstineat à peccato mortali quod aufert valorem bonorum operum, in scientia autem abstinentiam, non sufficit enim à malis culpæ abstinere nisi & mala pœnæ patienter tolerantur; in abstinentia patientiam Greg. si dulcia quærimus necesse est vt amara toleremus; in patientia autem pietatem vt mala aliena per compassionem sustineamus; in pietate autem amorem fraternitatis, pietatem cordis & operis Deus respicit, in amore autem fraternitatis charitatem Aug.* Charitas & concordia mentium, societas electorum, vita animarum, & Angelorum. a pag. 12. ad pag. 14.

Eiusdem, sermo tertius, quæ superius dicta perstringens, fidelem omnem Deo seruire debere, ex scripturis probat; ad hoc petit vt sollicitus sit de Domino non de se, attendat & expendat de omni ver-

bo otioso, in futurum post amotionem ab administratione sibi prouideat, non offendatur contra Dominum cum abstulerit ea quorum habet ministerium, pauperibus sua distribuat. Deo seruire bonum esse ostendit quia illius voluntati seruiunt omnia qui Deo seruit, ab ipso exaltatur amicus reputatur, vbi est, ipse est, ei vicem est redditurus Christ. a pag. 14. ad pag. 15.

Eiusdem, ser. quartus, ex his verbis. *Hic iam queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur tria dispensatorū genera effecolligit in quibus fidelitas queritur. Primum est, Prælatorum, quorum fidelitas videtur in custodiendi diligentia, resistendi audacia, pacendi solertia, B distribuendi discretionem, puniendi moderationem. Secundum, Doctorum, qui fideles sunt in dictionum vel doctrinæ apertione breui tractatione, sententiarum pondere, loquendi dulcedine vel suavitate, vtilium traditione. Tertium, eorum qui in statu sunt inferiori, qui fideles si commissa sibi bona non dissipant, ea studiose multiplicent, Dominum parte lucri quæ ad eum pertinet non defraudant; bona sibi ad dispensandum commissa proditiose sua non faciunt, caltrum suæ bonæ fidei commissum hosti Domini non tradunt. a pag. 15. ad pag. 18.*

Eiusdem, sermo primus in Euangelij primam partem, *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, &c.* Postquam Ioannis interrogationem & Christi responsum expendit, mores mystica explicatione instruit, 1. Ioannem dicit esse in vinculis, cum aliqua gratia in aliquo, vinculo mundi, vel carnis, vel peccati ligata tenetur ne proficiat; vel cum aliquis habet gratiam Dei cui corpus carcer est impediens eum à contemplatione veritatis. 2. Ioannem propter auditum operum non verborum ad Iesum mitentem considerat. 3. Ioannem in carcere Herodis quasi dubitatem querere quod in deserto asseruerat, miratur. 4. Rationabile esse probat nuncios Aduentum Christi in mentem præcedere; eosque fidem quæ est prima virtutum, timorem futuri supplicij, spem præmij annuntiare. a pag. 241. ad pag. 243.